alii quarumcunque ſpecierum negotiatores, pecunias ſibi credentibus dare ſolent, hoc ſpecialiter ſuper amputanda omni machinatione ſancimus, ut ſi poſt hujusmodi contractum liberis ſuis, vel alio modo cognatis, quamcunque militiam [1] iidem negotiatores acquiſierint (eam tamen, quæ vendi [2], vel ad heredes [3] ſub certa definitione transmitti poteſt) liceat [4] creditoribus eorum etiam non probantibus ex pecuniis eorundem negotiatorum liberos eorum, vel cognatos militaſſe (dum tamen contrarium non probetur, alios ex ſuo patrimonio dediſſe pecunias) creditum ab his, qui militarint, exigere: vel tantum eos efflagitare quanti vendi eadem militia poſſit. Quod ita obtinere ſancimus, & ſi extraneis [5] quibusdam iidem negotiatores de ſuis pecuniis hujusmodi militiam acquiſiſſe probentur: ut quod generaliter in ipſis debitoribus militantibus talem militiam, quæ vendi, vel ad heredes transmitti poteſt, permiſſum eſt, ut liceat creditoribus, & adhuc viventium debitorum jure hypothecæ vindicare militias, niſi ſibi ſatisfiat, & poſt mortem eorum exigere quod pro iisdem militiis pro tenore communis militantium [6] placiti, vel divinæ ſanctionis tale præſtantis beneficium, dari ſolet: hoc in negotiatorum perſonis, licet ipſi militantes minime debito obnoxii ſint, integrum creditoribus eorum ſervetur. Quod ſcilicet in futuris militiis, non etiam in his, quas liberi, vel cognati eorundem negotiatorum, vel extranei pecuniis eorum meruerunt, tenere ſancimus. Dat. Kalend. Jun. DN. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

In AUTHENT. de exhib. & introduc. reis. §. optimum quoque. col. 5. tit. 8. al. 6. Nov. 53. c. 5. eſt etiam ex titulo de æqualitate dotis, & propter nuptias don. coll. 7. tit. 9. al. 8. §. quia vero & hujusmodi Nov. 97. cap. 4.

Quod obtinet [7], ſi [8] adhuc [9] mutuaverit pecuniam, ut militia emeretur: alioquin filii, aut uxor defuncti omnibus præponentur [10]. Sed & ſi nullus prædictorum fuerit, tunc aliis creditoribus hoc damus.

TIT. XV.
IN QUIBUS CAUSIS PIGNUS, VEL HYPOTHECA TACITE [11] CONTRAHITUR.

De tributis.

1. Imp. ANTONINUS A. Sperato.

UNiverſa [12] bona eorum, qui cenſentur, vice pignorum tributis [13] obligata ſunt. PP. Kalend. Jun. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De contrahentibus cum fiſco.

2. Idem A. Proculo.

CErtum eſt ejus, qui cum fiſco [14] contrahit, bona veluti pignoris titulo obligari, quamvis ſpecialiter id non exprimatur. Dat. 6. Kalend. Mart. MESSALA, & SABINO CONSS. 215.

De fructibus prædii pignerati, & prædiis emptis ex fructuum pretio.

3. Pars ex reſcripto ALEXANDRI A. ad Demoſthenem.

QUamvis fructus [15] pignori datorum prædiorum, etſi id aperte non ſit expreſſum, & ipſi pignori credantur tacita pactione ineſſe: prædia tamen [16] quæ emuntur [17] ex fructuum pretio, ad eandem cauſam venire, nulli prudentium placuit. PP. Idib. Octobr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De debito primipili: & bonis dotalibus.

4. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS AAA. Africano.

SAtis notum eſt, & ratione conſtitutum, bona earum in dotem [18] data quæ nuptæ ſunt his qui primipili [19] farcinam ſubeunt, obnoxia neceſſitati ejus teneri: verum certo ordine, ut ſcilicet tunc demum ad hoc periculum mulieris patrimonium reſpiciat, ſi univerſis viri ac nominatorum facultatibus exhauſtis, nihil reſiduum invenietur. Datum 5. Id. Auguſt. CARO & CARINO AA. CONSS. 283.

De inductis & illatis in fundum.

5. Imppp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Corinthiæ.

SI non [20] inducta, & illata in fundum, quæ pignoris teneri cauſa placuerat, mancipia fuiſſent, nec hæc ſpecialiter obligata monſtrentur: Rector provinciæ ea reſtitui jubebit. Nec enim prætextu debiti penſionum, reſtitutionem eorum morari poteſt: cum, ſi quid ſibi deberi domina fundi ex penſionibus, vel quacunque ratione probare poſſit, hujus ſolutionem ſolenniter fieri conveniat. S. 12. Kalend. Febr. CC. CONSS.

Si tutrix ſecundo nubat, non redacta ratione.

6. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Florentium P. P.

SI mater legitime liberorum tutela ſuſcepta, ad ſecundas (contra ſacramentum præſtitum) adſpiraverit nuptias, antequam [21] eis tutorem alium fecerit ordinari, eisque quod debetur ex ratione tutelæ geſtæ perſolverit: mariti [22] quoque ejus præteritæ tutelæ geſtæ ratiociniis bona jure pignoris tenebuntur obnoxia. Dat. 6. Id. [THEOD.] A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De invectis, illatis.

7. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

SAncimus, de invectis [23] a conductore [24] rebus, & illatis, quæ domino pro penſionibus tacite obligantur, non ſolum in utraque Roma, & territorio earum hoc jus locum habere, ſed [25] etiam in noſtris provinciis. Tali enim juſta præſumptione etiam omnes noſtros provinciales perpotiri deſideramus. Datum 15. Kalend. Novembr. poſt conſulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. anno ſecundo 532.

TIT. XVI.
SI ALIENA [26] RES PIGNORI DATA SIT.

De procuratore.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Carpo.

PRocurator [27] citra domini voluntatem domum pignori fruſtra dedit: Si tamen pecuniam creditoris in rem domini verſam [28] conſtabit, non inutilis erit exceptio [29], dunſaxat quod numeratum eſt exſolvi deſideranti. PP. 11. Kal. Nov. SEVERO A. II. & ALBINO CONSS. 195.

De ſcientia vel ignorantia domini.

2. Iidem AA. Latinæ.

SI probaveris Præſidi [prædia vel] hortos, de quibus agebatur, tuos eſſe, intelligis obligari eos creditori ab alio non potuiſſe, ſi [30] non ſciens hoc agi, in fraudem creditoris ignorantis diliimulaſti. PP. Id. Octob. ANTONINO A. II. & GETA II. CONSS. 205.

De tutore, vel curatore.

3. Imp. ANTONINUS A. Martiæ.

CUrator [31] adulti, vel tutor pupilli, propriam rem mobilem ejus cujus negotia tuetur, pignoris jure non obligare poteſt: niſi in rem [32] ejus pecuniam mutuam accipiat. PP. 6. Kal. Feb. DUCIBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De filio.

4. Imp. ALEXAND. A. Secundo.

NEc ſi major annis viginti quinque fuiſſet filius [33] tuus, qui in poteſtate tua erat, te invito rem tuam obligare potuit [34]. PP. 3. Kal. Novembr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Si is qui pignoravit, poſtea dominus eſſe coperit.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Eutychio.

CUm res quæ necdum in bonis debitoris eſt, pignori data ab eo, poſtea [35] in bonis ejus eſſe incipiat: ordinariam quidem actionem ſuper pignore non competere, manifeſtum eſt: ſed tamen æquitatem [36] facere, ut facile utilis [37] perſecutio exemplo pignoratitiæ detur. PP. 13. Kal. Jun. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De prædio quod mater filio donavit.

6. Iidem AA. & CC. Zoſimo.

QUæ [38] prædium in filios a ſe titulo donationis translatum, creditori ſuo dat pignori, ſe magis contrario pignoratitio obligat judicio, quam quicquam dominis noceat: cum Serviana [39] etiam actio declaret evidenter jure pignoris teneri non poſſe, niſi quæ obligantis in bonis fuerint: & per alium rem alienam invito domino pignori obligari non poſſe certiſſimum eſt. S. 5. Idib. Jul. *Philippo* AA. CONSS.

De tutore.

7. Iidem AA. & CC. Corneliæ.

SI in rem ſuam accepta pecunia mutua tutor [40] mancipium tutus pignori dedit, nec huic poſt [41] perfectam ætatem conſenſum accommodaſti, pignori res obligari non potuit. S. 6. Kal. Jan. AA. CONSS.

1 Militiam liberis, vel cognatis emere licet, *ut hic*: An & exteris? licet. *verſ. quod ita. l. h. t.* 2 Militia non omnis emi poteſt. dixi ad *Novell.* 53. *cap.* 5. §. 1. adde *l. 5. infr. qui militare. l.* 12. §. 2. *ff. de adl. empt. l.* 3. §. 7. *ff. de mun.* 3 Militia non omnis ad heredes transmitti poteſt. 4 Argentarii ſi militiam liberis aut cognatis, *ut hic*, & extraneis, *verſ. quod ita. l. h. t.* comparant, militia creditoribus argentariorum obligata intelligitur: quia præſumitur in dubio comparata ex pecunia creditæ, *ut ita.* Quid ſi argentarii pecunia militiam liberis, vel cognatis emero? militia argentario æquia vicſtitudine obligata erit. *Nov.* 136. *c.* 2. & *ibid. Julianus.* Creditorem cum hic dicimus, eum tantum creditorem intellige, qui ſpecialiter ea lege creditit, ut militia emeretur. *Authent. prox.* adde quæ ſcripſi ad *Novell.* 134. *c.* 2. 5 Extranei etiam militiam emere poſſumus. 6 Placitum militantium, quod & *caſtra militia & ſcholæ placitum* in Novellis. 7 Id eſt, jus hypothecæ adquirit. *Goth.* Vid. Rittershus. *Exped. Novell. part.* 2. *cap.* 8. *Ant.* 8 Qui ſcilicet argentario ſuccedit, aut ipſe argentarius qui alteri cedidit. 9 Idque nominatim. 10 Obſerva gradus hypothecæ: Prior loco conſtituitur qui ſpecialiter creditit, ut militia emeretur, deinde dotis cauſa: tertio reliqui creditores.

11 Dixi ad *L.* 20. *D.* 2. *l.* 1. *ſupr. comm. de legat.* 12 Tributaria ſc. vid. quæ dixi ad *l.* 1. *in fin. ſupr. ſi progt. public. perſpit.* 13 Fiſcus tacitam habet hypothecam ex cauſa tributorum. 14 Fiſcus tacitam habet hypothecam ex cauſa fiorum contractuum, & ita accipe *l.* 46. §. 3. *ff. de jure fiſci, ut hic.* non ſi privato alicui ſuccedit. *l.* 10. *in princ. ff. de pactis. l.* 2. *ff. de rebus eorum qui ſub tutela.* 15 Fructus rei obligatæ tacite obligari intelliguntur, *ut hic*: ſi extant: alias conſumpti ab emptore non conſtituntur. *l.* 16. §. 4. *ff. de pign.* 16 Ratio dubitandi. 17 Emptum ex fructibus rei pignoratæ non eſt in cauſa pignoris. 18 Dixi ad *l.* 2. *ſupr. ne uxor pro marito.* aliud eſt in rebus non dotalibus & parapherniis. *l.* 1. *ſupr. de prov. fiſci.* 19 Si maritus ex adminiſtratione primipili fiſci debitor factus eſt, res uxoris dotales tacite fiſco obligantur, marito idoneo non exiſtente, atque ita hæc lex exceptio eſt ad titulum *ne uxor pro marito.* 20 Fructus coloni tacite obligantur pro mercede: at non invecta & illata, nisi id nominatim conveneric. *l.* 7. *ff. h. t. l.* 32. *ff. de pignor. & hyp. l.* 5. *ſupr. de locat. Contra in urbanis invecta & illata tacite obligata intelliguntur locatori. l.* 4. *ff. de pactis.* adde *l.* 7. *l. h. t.* 21 Dixi ad *l.* 6. *ſupr. ad SC. Tert.* adde *l.* 10. §. *de legat. hered. l.* 5. *c. Nov. Theod. de tut.* §. *ult.* 25. *Eclog. cap.* περὶ ἐπιτροπῶν καὶ ἐπιτρ. *tit.* 2. *c.* 60. 22 Matre nubente non redditis rationibus, liberi ex priore ejus matrimonio nati in eius quoque mariti, id eſt ultimum ſui bonis tacitam habent hypothecam, *ut hic*, dixi ad *Novell.* 22. *cap.* 40. & *l.* 2. *ſupr. quando mulier tutela offic. fungi poſſit.* 23 *l.* 6. §. 2. 24 *l.* 4. §. *ff. de pact. l. a. ff. h. t. l.* 5. *ſupr. de locato.* adde *l.* 6. *ſupr. h. t.* tacita hypotheca invectorum & illatorum, locum etiam habet in provinciis. 26 Adde *l.* 6. *in fin. ſupr. tit. prox. l.* 1. *in fin. ff. de pign. & hyp. l.* 2. *ff. de pign. act.* adde *ſupr. tit. de rebus alienis non alienand.* 27 *l. ult. infr. h. t.* 28 In rem domini verſio pignus conciliat alias invalidum a procuratore conſtitutum. 29 Id eſt, reſtitutio, *l.* 1. *in fin. ff. de pign. l.* 1. *ff. quibus modis pign. l. un. infr. etiam ob chirograph. l.* 6. §. 4. *in fin. ff. de cond. indeb.* 30 Invito domino res obligari non poteſt. *l.* 6. *in fin. infr. h. t.* licente & diſſimulante poteſt, *ut hic*, l. 11. *ff. de diſſ. pign.* 31 *ff. de adl. pign.* 32 *l.* 16. *ff. de ſcript.* 33 Filius tantum habet hypothecam ex cauſa fiorum contractuum, & ita accipe *l.* 46. §. 3. *ff. de jure fiſci, ut hic.* non ſi privato alicui ſuccedit. *l.* 10. *in princ. ff. de pactis. l.* 2. *ff. de rebus eorum qui ſub tutela.* 15 Fructus rei obligatæ tacite obligari intelliguntur, *ut hic*: ſi extant: alias conſumpti ab emptore non conſtituntur. *l.* 16. §. 4. *ff. de pign.* 16 Ratio dubitandi. 17 Emptum ex fructibus rei pignoratæ non eſt in cauſa pignoris. 18 Dixi ad *l.* 2. *ſupr. ne uxor pro marito.* aliud eſt in rebus non dotalibus & parapherniis. *l.* 1. *ſupr. de prov. fiſci.* 19 Si maritus ex adminiſtratione primipili fiſci debitor factus eſt, res uxoris dotales tacite fiſco obligantur, marito idoneo non exiſtente, atque ita hæc lex exceptio eſt ad titulum *ne uxor pro marito.* 20 Fructus coloni tacite obligantur pro mercede: at non invecta & illata, nisi id nominatim conveneric. *l.* 7. *ff. h. t. l.* 32. *ff. de pignor. & hyp. l.* 5. *ſupr. de locat. Contra in urbanis invecta & illata tacite obligata intelliguntur locatori. l.* 4. *ff. de pactis.* adde *l.* 7. *l. h. t.* 21 Dixi ad *l.* 6. *ſupr. ad SC. Tert.* adde *l.* 10. §. *de legat. hered. l.* 5. *c. Nov. Theod. de tut.* §. *ult.* 25. *Eclog. cap.* περὶ ἐπιτροπῶν καὶ ἐπιτρ. *tit.* 2. *c.* 60. 22 Matre nubente non redditis rationibus, liberi ex priore ejus matrimonio nati in eius quoque mariti, id eſt ultimum ſui bonis tacitam habent hypothecam, *ut hic*, dixi ad *Novell.* 22. *cap.* 40. & *l.* 2. *ſupr. quando mulier tutela offic. fungi poſſit.* 23 *l.* 6. §. 2. 24 *l.* 4. §. *ff. de pact. l. a. ff. h. t. l.* 5. *ſupr. de locato.* adde *l.* 6. *ſupr. h. t.* tacita hypotheca invectorum & illatorum, locum etiam habet in provinciis. 26 Adde *l.* 6. *in fin. ſupr. tit. prox. l.* 1. *in fin. ff. de pign. & hyp. l.* 2. *ff. de pign. act.* adde *ſupr. tit. de rebus alienis non alienand.* 27 *l. ult. infr. h. t.* 28 In rem domini verſio pignus conciliat alias invalidum a procuratore conſtitutum. 29 Id eſt, reſtitutio, *l.* 1. *in fin. ff. de pign. l.* 1. *ff. quibus modis pign. l. un. infr. etiam ob chirograph. l.* 6. §. 4. *in fin. ff. de cond. indeb.* 30 Invito domino res obligari non poteſt. *l.* 6. *in fin. infr. h. t.* licente & diſſimulante poteſt, *ut hic*, l. 11. *ff. de diſſ. pign.* 31 *ff. de adl. pign.* 32 *l.* 16. *ff. de ſcript. l.* 7. *infr. h. t. l.* 7. §. 3. *ff. pro empt. l.* 22. *ſupr. de pact.* 33 Filius rem patris invito eo pignori obligare non poteſt. adde *l.* 1. §. 1. *ff. quæres pign. l.* 23. *ſupr. de pact. l.* 7. 34 Licet quodammodo dominus videatur. §. 2. *verſ. ſed ſiut. inſt. de hær. qualit.* 35 Adeptione dominii, pignus rei alienæ convalescit. *l.* 16. §. 7. *ff. de pign. & hyp.* 36 Vide *l.* 3. *ſupr. h. t.*

Tit. XVIII. Qui potiores in pignore habeantur. 351

De ſervo, procuratore, colono, conductore, actore.

8. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Joanni P. P.

NExum [1] non facit prædiorum, niſi perſona quæ jure potuit obligare. Per ſervum [2] autem, aut per procuratorem [3] colonumve [4], actorem, ſeu conductorem, [ultimo] præjudicium poſſeſſioni invito, vel inſcio domino imponi non poſſe, & jure, & legum auctoritatibus declaratur [5]. Dat. Id. Jul. *Ravennæ*, HONORIO XIII. & THEODOSIO X. AA. CONSS. 424.

TIT. XVII.
QUÆ [6] RES PIGNORI OBLIGARI POSSUNT, VEL NON, ET QUALITER [7] PIGNUS CONTRAHATUR.

De his, quæ non continentur generali hypotheca.

1. Impp. SEVER. & ANTON. AA. Optato.

ALumnos [8] tuos, & cæteras res, quas neminem credibile [9] eſt pignori ſpecialiter daturum fuiſſe, generali [10] pacti conventione, quæ de bonis tuis facta eſt, in cauſa pignoris non fuiſſe rationis eſt. PP. 7. Kal. April. LATERANO, & RUFINO CONSS. 198.

De emptionibus agrorum pignoratis.

2. Iidem AA. Rogato.

CUm conſtet pignus conſenſu [11] contrahi: non dubitamus, eum, qui emptiones [12] agrorum ſuorum pignori poſuit, de ipſis agris obligandis cogitaſſe. PP. 5. Kalend. Jul. APRO, & MAXIMO CONSS. 208.

De religioſis.

3. Imp. ANTON. A. Reſtituto.

SI monumento [13] corpus filiæ tuæ intuliſti, religioſum [14] id feciſti: quo facto obligari a quopiam, prohibente juris religione non poſſe, in dubium non venit. PP. 3. Kal. April. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De nominibus.

4. Imp. ALEXAND. A. Evocato.

NOmen [15] quoque debitoris pignorari, & generaliter, & ſpecialiter poſſe, jam pridem placuit. Quare ſi debitor is fatis non fecerit, cui tu crediditi: ille, cujus nomen tibi pignori datum eſt, niſi [ei] cui debuit, ſolvit, nondum [16] certior a te de obligatione tua factus, utilibus actionibus fatis tibi facere usque ad id, quod tibi deberi a creditore ejus probaveris, compelletur: quatenus [17] tamen ipſe debet. PP. Prid. Kalend. Mart. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

De ſpe præmii athletici.

5. Idem A. Septimio.

SPem [18] eorum præmiorum [19], quæ pro coronis [20] athletis penſitanda ſunt, privata pactione [21] pignorari minime admittendum eſt: & ideo, nec ſi generale pactum de omnibus bonis pignori obligandis intervenerit, tenet. PP. 3. Kal. Maji, MAXIMO II. & PATERNO CONSS. 234.

De filiis, & aliis liberis hominibus.

6. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Rufo.

QUi filios [22] veſtros, vel [23] liberos homines pro pecunia quam vobis credebat, pignoris titulo accepit, diſſimulatione ſe juris circumvenit: cum ſit manifeſtum, obligationem pignoris non conſiſtere, niſi [24] in his, quæ quis de bonis ſuis facit obnoxia. S. Kal. Majis, *Heraclia*, AA. CONSS.

De his, quæ ad culturam agri pertinent.

7. Imp. CONSTANTINUS A. ad univerſos provinciales.

EXecutores [25] a quocunque judice dati ad exigenda debita [26] ea, quæ civiliter [27] poſcuntur, ſervos [28] aratores [29], aut boves aratorios [30], [aut inſtrumentum aratorium [31]] pignoris cauſa de poſſeſſionibus non abſtrahant, ex [32] quo tributorum [33] illatio retardatur. Si quis igitur interceſſor, aut creditor, vel præfectus [34] pagi [35 [vel vici,] vel decurio in hac re fuerit deprehenſus: æſtimando a Judice ſupplicio ſubjugetur. Dat. 3. Non. Jun. *Sirmii*, CONSTANTINO A. & LICINIO CONSS. 312.

8. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Probo Com. ſacr. larg.

PIgnorum [36] gratia aliquid, quod ad culturam [37] agri pertinet, auferri non convenit. Dat. 6. Id. Jun. CONSTANTE & CONSTANTIO CONSS. 414.

In AUTHENT. col. 10. de ſtatutis, & conſuetud. contra eccleſiæ libertatem editis. §. agricultores. & eſt conſtitutio Friderici.

Agricultores circa rem ruſticam occupati, dum villis inſident, dum agros colunt, ſecuri ſint, in quacunque parte terrarum: ita ut nullus inveniatur tam audax, ut perſonas [38], boves, & agrorum inſtrumenta [39], aut ſi quid aliud ſit, quod ad agrorum operam ruſticam pertineat, invadere, aut capere, aut violenter auferre præſumat. Si quis autem hujusmodi ſtatutum auſu temerario violare præſumpſerit, in quadruplum ablata reſtituat: & infamiæ notam ipſo jure incurrat: imperiali animadverſione nihilominus puniendus.

De generali hypotheca, & de bonis præſentibus, ac futuris.

9. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

SI quis in cujuscunque contractus inſtrumento ea verba [40] poſuerit, *Fide, & periculo rerum ad me pertinentium* [41], vel *per earum exactionem ſatisfieri tibi promitto*: ſufficere ea verba ad rerum tam earum quas in præſenti debitor habet, quam futurarum [42] hypothecam ſancimus: nec ex prioribus ſanctionibus minus habere ſpecialis hypothecæ memoriam videri: cum ſit juſtum voluntates [43] contrahentium magis, quam verborum conceptionem inſpicere. Super qua generali hypotheca illud quoque ad conſervandam contrahentium voluntatem ſancimus, ut ſi res luas [44] ſupponere debitor dixerit, non adjecto, *tam præſentes quam futuras*, jus tamen generalis hypothecæ etiam ad futuras [45] res producatur. Dat. 3. Id. Dec. *Conſtantinop.* DN. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

TIT. XVIII.
QUI POTIORES [46] IN PIGNORE HABEANTUR.

Quibus modis ſecundus creditor jus ſuum confirmat.

1. Impp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Secundo.

QUi pignus ſecundo [47] loco accepit, ita jus ſuum confirmare poteſt, ſi priori creditori debitam pecuniam ſolverit; aut cum obtuliſſet [48], isque accipere noluiſſet, eam obſignavit, & depoſuit, nec in uſus ſuos convertit. PP. Kal. Febr. LATERANO, & RUFINO CONSS. 198.

De prioritate tempore.

2. Imp. ANTONINUS A. Chreſto, & aliis.

SI decreto Prætoris, qui [49] de fideicommiſſo jus dixit, in poſſeſſionem fundi hereditarii fideicommiſſi [50] conditionalis ſervandi gratia

1 *l.* 2. *C. Th. de pign.* Obligare nemo rem poteſt, niſi quis obligare poteſt &c. *Syn. Baſil.* 4. *tit.* 4. *cap.* 12. 2 Servus, procurator, colonus, actor, conductor domino invito rem obligare non poſſunt. 3 *l. 1. ſupr. h. t.* 4 Διοικητὴς dicitur autore *Syn. ibid.* *Decantatur. d. l.* 2.

6 Dixi ad *L.* 20. *D.* 2. *conjunge tit.* §. *que res venire non poſſunt.* 7 Conſenſu. *l.* 2. *h. t.* adde *l. ult. h. t. l.* 4. *ff. de pignor.* 8 *l.* 8. *ff. de pignor.* Paul. *recſent.* 6. §. *ult.* Alumni, Ἀλύμνοι. 25. *Eccl.* 2. *cap.* 6. dixi ad Feſtum *in Albelius.* τεχθέντες. Alumni porro dicuntur, quia Lutini non habent nomen quod nutritori opponatur. Servius 10. *Æneid.* ibi: *Chors datus illat alumno.* Oſtendit itaque Servius *Nutritii* nomen Latinum non eſſe, vel ad alumnum exprimendum non ſufficere. Id enim in Græcis conſtitutum: Ne in generalem obligationem accederent: ſunt enim pene liberorum loco, & a nutritore vel nutrice non ſeparantur. *l.* 3. §. 4. *ff. de bonorum libert.* & ex nomine educatoris ſunt. *l.* 88. §. 6. *ff. de leg.* 2. a minore viginti annis mancipia poſſunt. §. 5. *Inſtit. quibus ex cauſ. manumiſſi. l.* 13. *l.* 14. *ff. de man. vind.* Et dubitatur, an ſit in eis locus SC. Silaniano. *l.* 1. §. 10. *ff. de SC. Silan.* & ad eorum ſucceſſionem educator veniat? reſpondetur eſt, non venire. *l.* 10. §. *communi. de ſucceſſ.* an ſit cum alumna connubium? reſponſum eſt eſſe. *l.* 26. §. *de nupt.* Eisdem ex teſtamento imperfecto hereditas conſervatur. *l.* 38. *ff. de ſtatuliberis.* dixi. datæ tutores confirmantur. *l.* 32. *verſ. Nimilis ff. de excuſ. tutor.* vide Cujac. *apud Paul. dict. loco.* vid. *l.* 34. §. 1. *ff. de uſufr. leg.* 9 Non credibile non attendituc. 10 Generali obligatione alumni & ea quæ nemo verſimiliter obligat, non continentur. *l.* 6. *l.* 7. §. *ff. de pignorib.* 11 Pignus conſenſu contrahitur, *ut hic* &. *l.* 2. *in fin.* §. *de rem. ſuj. pign.* Imo re §. *ult. Inſt. quib. mod. re contr.* Hæc inter re non fiunt contraria. 25. *Eclog. l. cap.* 1. 12 Id eſt, inſtrumenta emptionis. Qui inſtrumenta emptionis obligat, rem emptam ſeu rem inſtrumenti obligare videtur. adde *l. l.* §. *de donat.* 13 Monumentum obligari non poteſt. 14 Res religioſæ non poſſunt obligari. 15 Nomen generaliter & ſpecialiter obligari poteſt. *l.* 3. §. 3. *de bonred. vel adl. vend. l.* 18. *ff. de pign. act.* 16 Pignus pignori dari poteſt. *l.* 13. §. 2. *ff. de pignorib.* Qui pignus menm a meo creditore accipit, pignoris adquiſitionem mihi denunciare ſtatim debet: alioquin ignoranter creditori meo ſolvens, pignus evincam.

17 Titio dedi pignus in decem: Titius Sæviio dat idem pignus in viginti: non tenetur ei ſi in decem. Quatenus, id eſt, quandiu utraque pecunia debetur, pignus Mævio ſecundo creditori tenetur. *l.* 13. §. 2. *ff. de pignorib.* & tamen pignus, quatenus tantum debeo, tenetur, *ut hic.* 18 Spes præmiorum ex ludis certaminibus penitendis pignoratis non poteſt pactione privata, *ut hic*: aut ipſamet pecunia facta. *l.* 40. *ff. de re jud.* adde & ſtipendium armatorum militum. *l.* 3. *de exercat. rei jud.* Porro pramia, de quibus 5. conſtituebant in annonis, obſoniis, penitationibus, que athletis pro indepta victoria totius vitæ luæ tempore præſtabantur de publico, exinde, quo in ſuam civitatem invecti fuiſſent, non per portam civitatis, ſed diſjecta parte muri, ut Suetonius ſcribit in *Neronc*, & Plinius in *paneg.* 17.

19 Dixi ad *Novell.* 53. *cap.* 5. §. 1. adde *d. l.* 20. 20 Athlete pro præmio coronantur. *l. un. ſ. de athletis. l.* 6. §. 13. *ff. de excuſ. tut.* quod pro coronis debatur corollarium ἐπινικίοις. Gloſſ. 21 Nam judicis auctoritate poſſunt. *d. l.* 20. 22 *l. ult. ff. h. t.* 23 Filii & liberi homines obligari non poſſunt, quia in bonis debitoris non ſunt. *l.* 12. *C Anath. Imo.* §. *de obl.* 24 *l.* 2. §. *ult. prox.* 25 *Interceſſores, l.* 1. *C Th. de pign. l.* 8. §. *de officio rectoris provincie* ἐκκλησιαστ. *Syn. Baſil.* 25. *in fin.*

26 Vide Nicochirum *de auctor. poſſeſſ. tenend.* Τὲ *de arbitr. Judic. tract. ad. cap.* 378. Gilbertum Regium *lib.* 2. ἐκατοντάετηρον. *c.* 20. Mod. 27 Aliud in debito fiſcali. Et ita quidem in Gallia ſervatur. vide Renatum Choppinum 1. *de privileg. ruſtic.* 7. *num.* 1. aliud etiam, ſi per quadrimeſtre tempus a die feriatæ moram fecit in ſolvendis decimis, & ita Arreſto Parliienſi judicatum 8. Kalend. Dec. anno 1573. refert idem Choppinus *ibid. n.* 25. 28 Servi, boves aratorii, inſtrumentum aratorium, puta vomeres & aratra, a creditoribus, & executoribus ſententiarum, aut exactoribus tributorum capi non poſſunt, propter rei ruſticæ & agricolturæ utilitatem omnium communem. *l.* 8. *infr. h. t.*

Auth. Agricultores, l. h. t. & fiſci tributa, *ut hic.* Vix eſt ut hodie conſtitutio ſerveture. In Normania Gallica locum non habet, quoties de fiſci debito agitur. vid. *Franciſci L. conſt. anni* 1540. *Jan.* 8. Et ita judicatum fuiſſe Pariſienſi Arreſto Bugnonius refert in *leg. abrogatis.* Noviſſime ann. 1571. lege lata 8. Id. Oct. confirmata a Senatu Pariſ. Non. Februar. ann. 1572. Porrorum ruſticorum indultum, ne ob ea alienum qualecunque privatum abducerentur in carcerem. Qua in re legislatores Galli Græcos imperant, qui aratra quidem vetabant ob fœnus addici creditori: corpora tamen his utentia, necti permittebant. 2. *Dion.* 3. Hic adde Ripent. *ad l.* 6. *& l.* 9. *ff. de pig. n.* 57. *& in tract. de poſſeſſ. l. par.* 6. *remed. verſ. item veteres.* 29 Servos cultores Animus *d. l.* 1. 30 Quidam hoc extendunt ad inſtrumenta quorumvis artificum neceſſaria. Ad ruſticos reverur. Quid ſi ruſticio nulla alia ſupellex? capi poſſunt. Accurt. *hic.* Quid ſi ruſticus fundum habeat? una cum fundo poſſunt diſtrahi. Cynus Pertinevilis, Rofarienſis, Choppinus 1. *de priv. ruſt. 7. n. ult.* 31 Ob civilia debita boves aratorii capi non poſſunt. Eadem olim lege Attica matari boves aratorios non licuit, tanquam & ipſos agricolæ & hominis ſocios, atque participes laboris. Ælian. 5. Arift. *in Oeconom. Βοῦ αὐτὶ ἀλείτης τοὺς ἀγροὺς ἐργὰ.* Refert & Plin. 8. *cap.* 45. judicio populi Romani in exilium adum eum qui bovem aratorium occiderit, tanquam colono ino interempto. & Varro, 2. *de re ruſt.* 5. focium laboris agriculture, & quali colonum occidi, dum bos occiditur: Capitale delnique ſuiſſe bovem occidi ſcribit: quo loco forte legem quandam Phrygiæ intelligit. vi. de bobarum *fermone* 42. Conſantinus quoque vetuit, ne boves aratori deficientibus his quæ illi cum curſui publico deſtinati ſunt, ab his qui iter faciunt, abſtraherentur. *l.* 1. *C Th. de curſu pub.* Eo ſpectat quoque conſtitutio quadam Valentis, ne aquis ſtiuolorum carnibus vefiantur. 1. *Hier.* 2. *adverſus Jovinianum.* adde de bove aratore Heſiodum *in lib. opera & dies* & Ariſtotelem 1. *Polit.* Aret. *conſil.* 158. boves aratorios, inſtrumenta fundi eſſe referri & quod confirmatur *l.* 4. *ff. de inſtrutto.* adde Cuiac. 4. *obſ.* 20. 32 Ratio decidendi alia eſt in *l.* 8. *l. h. t.* 33 Fiſci debita, tributaque minuuntur, ſi ablatis aratoribus agricultura ceſſet. 34 Βιεγέρχος. *Syn. Baſil.* 25. *in fin.* 35 *Pacti, id. l.* 1. 36 *Syn. Baſil.* 25. *in fin.* 37 Dixi ad *l.* 7. §. *h. t.* 38 Servos aratorios, *d. l.* 7. 39 *l.* 8. *ff. de inſtructo.* Goth. De furto aratri vid. Petr. Heig. *part.* 2. *quæſt.* 30. Anſ 40 Quibuscunque verbis pignus conſtituit poteſt. *l.* 2. §. *h. t. l.* 4. *ff. de pig.* 41 Obligatio rerum ad nos pertinentium res etiam futuras comprehendit. Idem ſi quis res ſuas obligaverit. Idem in obligatione tacita. Ripenſis *ad l.* 1. *num.* 3. *ff. de pign.*

42 Generali obligatione futura etiam continentur, vid. Romanum *ſing.* 607. Adde Socin. *reg.* 247. ubi notat ex hac lege, Indefinitam orationem ad futura quoque extendi, in juramento tamen & odiolis eam ſententiam non obtinere, ut que ſtrictí juris ſint.

43 Voluntatem contrahentium magis quam verba inſpici oportet. *l.* 2. *in fin. ſupr. comm. de legatis. l.* 34. *ff. de reg. jur.* 44 Obligatione rerum indefinita, res futuræ etiam intelliguntur obligate, & quidem omnes, five ſint mobiles & immobiles, jura, actiones, *l.* 4. §. *h. t.* merces *l.* 34. *ff. de pignor.* Ripenſis *d. loco n.* 8. bona emphyteutica adquiſita & adquirenda. *l.* 16. *in fin. ff. de pignor. actionc. l.* 11. *ff. de pign. & hyp.* Ripenſis *d. loco, num.* 10. *& ſeq.* An peculium ſervi obligati? vid. *l.* 1. §. 1. *ff. de pign. & hyp.* An fructus? vid. *l.* 1. §. 2. *ff. de pignor. & hyp.* Calius ad hanc legem explicandam, vid. *in l.* 1. §. *h. t. & l.* 6. *l. h. t.* 45 Dixi ad *l.* 8. *ff. de pign.* adde quæ ſcripſi initio hujus legis ex Romano & Socino. 46 Futura etiam obligari poſſe hinc colligunt: cenſent tamen factam obligationem ſub conditione, *Si noſtra futura ſunt.*

46 Dixi ad *Lib.* 20. *D.* 2. 47 Prior tempore, potior eſt pignore, niſi poſterior priori debitum offerat. *l.* 2. *h.* 3. *l.* 4. *l.* 8. *l. h. t. l.* 11. *ff. h. t. l.* 3. §. *ut in poſſeſſ. leg. l.* 5. *l. h. t. de prov. fiſci.* Paul. 5. *ſent.* 13. §. 8. 48 Vis obligationis, obſignationis & depoſitionis, Paul. *d. loco.* adde *l. ult.* §. 6. *ff. de ſur. defin.* 49 De prætore fideicommiſſario, dixi ad Ulpian. 25. §. 12. 50 Miſſio fit in univerſa bona pro modo judicii, id eſt, judicati ſervandi cauſa, *ut hic*, & *l.* 3. *in fin. l. h. t.* et & alibi debi ſtve fit creditis. *l.* 1. *in princ. ff. de ſuis & legit.* & alibi dotis ſervandæ cauſa, *l.* 9. *verſ. denique. ff. de rei vind. l.* 15. §. 4. *ff. de diverſ. tempor. l.* 26. *in fin. ff. ad munic.*

prius

prius inducti estis, quam adversarius vester in causam judicati [1] ejusdem fundi pignus occupaverit: justu ejus, qui jure sententiam exequebatur, tempore potiores estis. Nam cum de pignore utraque pars contendit, prævalet [2] jure, qui prævenit tempore. PP. 5. Idus Maji, DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

Rempublicam missam in possessionem præferri creditori, qui contraxerat cum defuncto.

3. Idem A. Sylvano.

CUm Rempublicam Heliopolitanorum propter emolumentum sententiæ in rerum, tam heredis, quam hereditariarum possessionem missam [3] esse proponas; intelligis, quamvis pater tuus cum Sofiano contraxerit, tamen si [4] personali actione eum habuit obligatum præponi Rempublicam [5] jure pignoris [in] his, quæ ex auctoritate ejus, qui jubere potuit, servandi judicati [6] causa occupavit. PP. 2. Id. Decembr. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De prioribus Reipublicæ.

4. Idem A. Varo.

SI fundum pignori accepisti, antequam [7] Reipublicæ obligaretur, sicut prior [8] es tempore, ita potior es jure. PP. 5. Id. Octobr. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De oblatione debiti.

5. Imp. ALEXAND. A. Septimio.

PRior quidem creditor compelli non potest [9] tibi, qui posteriore loco pignus accepisti, debitum offerre [10], sed si tu illi [id] omne quod debetur, solveris, [pignoris] tui causa firmabitur. PP. 3. Kal. Maji, MAXIMO II. & PATERNO CONSS. 234.

De priore hypotheca generali, & posteriore speciali.

6. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Philoxeno.

SI generaliter bona sint obligata, & postea res alii specialiter pignori dentur: quoniam ex [11] generali obligatione potior habetur creditor, qui antea contraxit, si ab [12] illo priore [tempore] tu comparasti: non oportet [te] ab eo, qui postea credidit, inquietari. PP. 2. Id. Maji, SECULARE II. & DONATO CONSS. 261.

De prædio empto pecunia creditoris.

7. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Juliano.

LIcet iisdem pignoris multis creditoribus diversis temporibus datis priores habeantur potiores, tamen eum, cujus [13] pecunia prædium comparatum probatur, quod ei pignori esse specialiter [14] [obligatum] ítatim convenit, omnibus anteferri juris auctoritate declaratur. Subscripta 16. Kalend. Februar. AA. CONSS.

De improba exceptione.

In AUTHENT. de trien. & semiss. §. illud quoque in judiciis. col. 3. tit. 5. Novell. 18. cap. 10.

ITem possessor pignoris, negans [15] rem ejus, cujus actor eam esse adseverat: si probata ea intentione utiatur rem retinere, dicens ex hypotheca, vel alia causa in eandem personam delata, se propinquiorem esse, quam qui movet causam: prius transferat possessionem, quam jus suum proponat.

De prioribus, & posterioribus tempore.

8. Iidem AA. & CC. Fabricio.

DIversis temporibus eadem re duobus jure pignoris obligata, eum, qui prior data mutua pecunia pignus accepit, potiorem haberi, certi ac manifesti juris est: nec alias secundum [creditorem] distrahendi [16] potestatem hujus pignoris consequi, nisi [17] priori creditori debita fuerit soluta quantitas. S. Prid. Kalend. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS.

De jure pignoris, & privilegiis personalium actionum.

9. Iidem AA. & CC. Aflepiodoto.

EOs [18], qui acceperunt pignora, cum in [19] rem actionem habeant, privilegiis [20] omnibus, quæ personalibus actionibus competunt, præferri constat. Dat. 3. Non. Decemb. CC. CONSS. 293.

De dote.

10. Iidem AA. & CC. Pollipeucæ.

CUm tibi pro dote [21] quam acceperat maritus, res obligavit: eo mortuo hi, quibus easdem pignori dederat, non offerentes debitum, nulla possunt persequi ratione. Nam chirographarios creditores, nec in rem, nec in personam eos, qui debitori non probantur successisse [22], ulla ratione convenire posse, manifestum est. PP. Non. Decemb. CC. CONSS. 293.

De scripturis.

11. Imp. LEO A. Erythrio P. P.

SCripturas, quæ sæpe assolent a quibusdam secreto [23] fieri, intervenientibus amicis necne, transigendi, vel pacisci, seu fœnerandi, vel societatis coeundæ gratia, seu de aliis quibuscunque causis, vel contractibus conficiuntur (quæ ἰδιόχειρα [24] Græce adpellantur:) sive tota series earum manu contrahentium, vel notarii, vel alterius cujuslibet scripta fuerit, ipsorum tamen habeant subscriptiones [25], sive testibus adhibitis sive non: licet conditionales [26] sint, (quos vulgo *Tabularios* appellant,) sive non, quasi publice conscriptas, si personalis actio exerceatur, suum robur habere [decernimus.] Sin autem jus pignoris vel hypothecæ ex hujusmodi instrumentis vindicare quis sibi contenderit: eum qui instrumentis publice [27] confectis nititur, præponi [decernimus,] etiamsi posterior is contineatur: nisi forte probatæ atque integræ opinionis trium [28], vel amplius virorum subscriptiones eisdem idiochiris contineantur: tunc enim quasi [29] publice confecta accipiuntur. Dat. Kal. Jul. *Constantinop.* MARTIANO, & ZENONE CONSS. 469.

In AUTHENT. de instrum. cautela & fide. §. si quis igitur. & §. sed & si quis. col. 6. tit. 2. al. 3. Novell. 73. c. 1. & 2. quam posuit hic Albericus.

SI quis vult cautè deponere [30], non soli credat accipientis scripturæ, sed advocet etiam testes idoneos, & fide dignos non pauciores tribus. Sed & si quis aut mutui [31] instrumentum, aut alterius cujuspiam contractus fecerit, & noluerit hoc specialiter in publico conferri: non ex ipso videatur credibile, quod scribatur super mutuo documentum, nisi etiam trium testium adhibeatur præsentia fide dignorum, ut sive ventumi, & subscriptionibus propriis attestentur, sive alii quidem testificentur, quia eis præsentibus confectum est documentum: fidem eandem ex utraque causa percipiat. Si tamen quisquam aut deponens, aut mutuans, aut alias contrahens, contentus sit sola scriptura ejus cum quo contrahit, sciat scripturam non [32] sufficere ad probationem.

De dote & donatione ante nuptias.

12. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

ASsiduis [33] additionibus mulierum inquietati sumus [34], per quas suas dotes deperditas esse lugebant, & ab anterioribus creditoribus substantias maritorum detentas. Nos itaque ad antiquas leges respeximus, in personalibus actionibus rei uxoriæ actioni (quam in præsenti sustilimus [35]) magnam prærogativam præstantes, ut contra [36] omnes pene personales actiones habeant privilegia, & creditores alios [37] antecedant, licet fuerint anteriores. Et hoc cum in personalibus statuerant actionibus, si hypothecam respiciebant, illico justitiæ vigorem relaxabant, & senioribus hypothecis novas mulierum hypotheças, si habebant actiones, expellebant: nec ad fragilitatem [38] mulierum respicientes, nec quod, & corpore [39], & substantia, & omni vita sua maritus fungitur [40]: cum pene [41] mulieribus tota substantia in dote constituta est. Oportebat enim disponi maritos creditoribus suis ex sua substantia satisfacere, non de dote mulieris, quam ad suos victus, suasque alimonias mulier possidet, vel [42] a femetipsa datam, vel pro ea ab alio. §. 1. Ad [hæc] omnia respicientes, & reminiscentes, quod & alias duas [42] constitutiones fecimus pro dotibus [43], mulieribus subvenientes, & hæc omnia in unum colligentes, ſancimus, ex [1] stipulatu actionem, quam mulieribus jam pro dote [2] instituenda [3] dedimus [4], cuique etiam tacitam donavimus inesse hypothecam, potiora jura contra omnes [5] habere mariti creditores, licet anterioris sint temporis privilegio vallati. † Cum [6] enim in personalibus actionibus (secundum quod diximus) tali privilegio utebatur res uxoria: quapropter non in hypotheca hoc mulieri etiam nunc indulgemus beneficium, licet [7] res dotales, vel ex his aliæ comparatæ non extent: sed quocunque modo, vel distipatæ, vel consumptæ sint, si tamen reipsa fuerint parti mariti datæ? Quis enim earum non misereatur [8] propter obsequia quæ maritis præstant, propter partus [9] periculum, & ipsam liberorum [10] procreationem, pro quibus multa nostris legibus [11] inventa sunt privilegia? † Et ideo, quod antiquitas quidem dare incepit, ad effectum autem non pertulit, nos pleno legis articulo consummavimus; & sive [12] liberos habeat mulier, sive ab initio non habuit, sive progenitos amisit, hoc ei privilegium indulgemus. † Exceptis videlicet contra novercas anteriores [13], matrimonii filiis, quibus pro dote matris fuæ jam quidem dedimus hypothecam [14] contra paternas res, vel ejus creditores: in præsenti autem similem eis prærogativam servamus, ne [jus] quod posteriori datum est uxori, hoc anteriori denegetur: sed sic maneat eis jus incorruptum, quasi adhuc vivente matre eorum. Duabus enim dotibus ab eadem substantia debitis, ex tempore prærogativam manere volumus. §. 2. Hæc autem tantum ad dotem ſancimus, non [15] ad ante nuptias donationem, quam suo [16] tempori servire disponimus, & habere inter creditores fui temporis ordinem. Non enim pro [17] lucro fovemus mulieres, sed ne damnum patiantur, suisque rebus defraudentur, curamus. §. 3. Quam legem ex præsenti tempore locum habere ſancimus: & non [18] retrorsum referimus. Dat. 5. Kal. Decembr. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

In AUTH. de æqual. dot. & propter nupt. don. §. his consequens. §. seq. col. 7. tit. 9. al. 8. Nov. 97. c. 3.

QUo jure utatur & adversus eos qui personali privilegio muniuntur, veluti quorum pecunia res empta sint, sive refecta: nisi qui nova constitutione sint excepti, sicut qui emendæ militiæ causa marito in scriptis mutuaverint.

In AUTH. ut exact. instan. do. §. his igitur. col. 7. tit. 3. al. 5. Nov. 91. cap. 1.

SI quid ex rebus ipsius dotis [19] apparent: mulieri, cui & in rem actio competit, vel filiis ejus servetur: utroque sive superstite sive mulieres, sive defecerint, sive altera duntaxat extet, prior omnino seu quælibet soboles ejus superior habeatur: quod nova constitutione factum est apertius.

TIT. XIX.

DE HIS, QUI IN [20] PRIORUM CREDITORUM LOCUM SUCCEDUNT.

Secundus creditor cujus pecunia pervenit ad priorem, non succedit in hypotheca prioris creditoris, nisi actum sit, quod succedat in ipsa. Bald.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Marcellinæ.

NOn omnino succedunt in locum hypothecarii creditoris hi, quorum pecunia ad creditorem transit [21]. Hoc enim tunc [22] observatur: cum is qui pecuniam postea dat, sub hoc pacto credat, *Ut idem pignoris ei obligetur, & in locum ejus succedat.* Quod cum in persona tua factum non sit: (judicatum est [23] enim te pignora non accepisse) frustra putas tibi auxilio opus esse constitutionis nostræ [24] ad eam rem pertinentis. PP. Id. Jul. POMPEIANO & AVITO CONSS. 210.

2. Imp. ANTONINUS A. Felici.

CUm pro patre in cujus potestate non eras, pecuniam fisco intuleris: & jure [25] privilegio ejus successisti, & ejus locum cui pecuniam numerasti consecutus es: nec hi creditores patris tui, qui personalem habuerunt actionem, vel cum eo postea sub pignoribus contraxerunt, pignora tua te ignorante [26] distrahendo, juri tuo aliquid deregaverunt. Unde intelligis, si quid tuo [27] nomine te absente ab actoribus tuis solutum est: ut indebitum numeratum restitui, pignoraque tibi nexa persequi te posse. PP. Kalend. Octobr. *Romæ*, SABINO II. & ANULINO CONSS. 217.

3. Imp. ALEXAND. A. Valenti.

SI [28] potiores creditores pecunia [29] tua dimissi sunt, quibus obligata fuit possessio, quam emisse te dicis, ita [30] ut pretium perveniret ad eosdem priores creditores: in jus eorum successisti: & contra eos qui inferiores illis fuerunt, justa defensione te tueri potes. PP. Kal. Febr. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De Republica.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Carpophoro.

SI prior Respublica [31] contraxit, fundusque ei est obligatus, tibi secundo creditori offerenti pecuniam potestas est, ut [32] succedas etiam in jus Reipubl. PP. 15. Kalend. Jun. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

TIT. XX.

SI ANTIQUIOR [33] CREDITOR PIGNUS VENDIDERIT.

Emens a priore creditore, a secundo inquietari non potest: sed si primus creditor emit a debitore, conveniri potest hypothecaria per creditorem secundum, oblato debito.

1. Imp. ALEXANDER A. Athenioni.

SI vendidisset, qui ante [34] pignus accepit: persecutio tibi hypothecaria superesse non posset. Cum autem debitor ipsi priori creditori eadem pignora in solutum [35] dederit: non magis tibi persecutio adempta est, quam si aliis eadem res debitor vendidisset: Sed ita persequens res obligatas audieris, si quod eidem possessori propter præcedentis contractus auctoritatem debitum est, obtuleris. PP. Id. Maji, AGRICOLA, & CLEMENTINO CONSS. 231.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Eudemiæ.

OBligata pignoris jure creditore recte distrahente [36], post debitor emptori pretium offerens, vel creditori quod debuit, evincere non potest. S. 16. Kal. Januar. AA. CONSS.

3. Iidem AA. & CC. Theophilo.

QUo minus creditor, qui antea [37] pignus accepit, distrahat: non [38] offerendo secundus priori debitum, interpellare non potest. Dat. 6. Kal. April. CC. CONSS.

TIT. XXI.

SI COMMUNIS RES PIGNORI DATA SIT.

Frater tenus non potest obligare alterius fratris portionem, sed suam propriam potest. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Venusto.

FRater [39] vester, sicut vobis invitis portionem vobis competentem obligare non potuit [40], ita fuam dando, obligationem creditori quæsivit. Unde intelligitis contractum ejus nullum præjudicium dominio vestro facere potuisse. Accept. 3. Kalend. Decembr. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

---

1 Chrestus pignus prætorium fideicommissi servandi causa, habet: Titius creditor in ejusdem pignoris possessionem missus est, diversi hic tituli sunt pignoris. Quid juris? Etiam in pignoribus prætoris, qui prior tempore prior est jure. 2 Prævalet jure, qui prævalet tempore. Prior tempore potior jure. *L. 11. ff. h. t.* 3 Missio in possessionem est prætorium pignus. 4 Respublica missa in possessionem judicati servandi causa, præfertur chirographario creditori pignus non habenti, ut *hic*: quia & non missa idem privilegium habet. *l. pen. §. 1. ff. de curat. ventr.* vide Cuiac. 9. *observ.* 37. est enim respublica in actione personali privilegiata. adde *l. 8. l. 10. ff. h. t.* adde Fornerium 20. *select. 7. in fin.* 5 *L. 3. infr. de privilegiis. lib. 12. tit. 62.* 6 Dixi ad *l. 2. supr. h. t.* 7 Privatus prior tempore in causa pignoris, præfertur reipublicæ tempore posteriori. *l. 8. ff. h. t.* 8 *L. 2. in fin. supr. eodem.* 9 Potest tamen offerre ut possessionem retineat. Paul. 2. *sent.* 13. 8. *pen.* 10 Prior posteriori pignus tenenti debitum offerre non cogitur. Posterior priori offerens, sibi pignus conservat, *ut hic, & l. 1. l. fupr. h. t.* 11 Generalis hypotheca anterioris, generali vel speciali posterioris præfertur, *ut hic Synopſis Basil. 9. tit. 5. ex tit. 10. cap. 34.* dixi ad *Nov. 112. c. 1. vers. hoc autem. l. 2. ff. h. t.* adde quædam ex Cuiacio 11. *obſ. 32.* 12 Canfium habens a creditore tempore priore, jus privilegii habet. vide *l. 1. ff. de antiquior credit. pign. vend.* 13 Creditor in speciali hypotheca rei (sive fit mobilis sive immobilis) pecunia sua comparata, præfertur etiam antiquioribus creditoribus hypothecariis. adde *l. 5. & 7. ff. h. t. Novell. 136. cap. 3. Synopſ. ibid. c. 35. & 3. Harmenop. 5. §. 42.*

14 *L. 17. supr. de pignorib.* Generalis igitur hypotheca non sufficeret. adde quæ scripsi ad *l. 5. in fin. ff. h. t.* 15 Prior creditor negans improbe rem ejus esse a quo causam habet, ex priore fit posterior: ex possessore petitor. 16 Secundus creditor in præjudicium prioris creditoris pignus distrahere non potest. adde *l. 1. ff. de distract. pign.* 17 *L. 1. l. 5. supr. h. t. l. 22. supr. de pignor. & hypoth.* 18 Jus hypothecæ præfertur omnibus privilegiis personalibus, ut & jus recile personali. *L. 11. ff. h. t. Vide l. 6. supr. de bon. aut. iud.* 19 *L. 18. supr. de pign. & hyp.* 20 Id est, præfertur omnibus qui privilegium in actionibus personalibus habent. *Synopſ. tit. cap. 17.* 21 Creditores posteriores etiam bona uxori pro dote obligata avocant, si dotis debitum ei offerant. 22 Hypotheca ea in tem actio datur in succession rem. 23 Puta epistolas. *l. 34. §. 1. ff. de pign. & hyp.* Goth. Intellectum huius legis vide apud Trivitian. *lib. 11. decis. 40.* Leonin. *cons. 31. num. 1.* Decil. Holl. 23. Everhard. *consil. 18.* Anf. 24 Ἰδιόχειρα. *de quibus hic, & apud* Harm. 1. *tit. 8. §. 10.* præjudicant scribenti, at non tertio: plena sunt ἰδιόχειρα quæ trium testium subscriptionem habent. *ut hic.* vide Ancharanum 2. *quæst. 9.* 25 *L. 17. supr. de fide instrum.* 26 Conditionales, tabularii. *l. 7. infr. de jure ſiſc. l. 3. §. 7. & C. Th. de numerariis adhuc.* quasi huic conditioni addicti. 27 Publico instrumento jus hypothecæ probari potest, privato non potest. Privatum, licet tempore prius publico quantumvis posteriori, cedit: & merito. Nam privata ratio non probat adversus tertium. *l. 6. supr. de probationib.* facile quoque dies præferri posset in fraudem antiquioris vid. Tiraquell. *de retraitu. §. 1. glos. 1. num. 43.* Itocque Gail. 2. *obſ. 25. num. 33.* communicabat Vicenæ Austriæ statutum, quo jus hypothecæ constituitur tantum inquisitis in ipso judicio & publice. Privatum vero instrumentum non censetur, quod trium testium subscriptione munitum est, *ut hic.* etiamsi summa excedat auri libras quinquaginta. *L. ult. supr. fi certum.* nisi forte de literarum impetu obligando agretur: tum enim quinque testes requiruntur, si contractus auri libram excedat. *Nov. 73. cap. 8.* Reperio interdum instrumenta publica egere trium testium subscriptione. *l. 23. supr. ad SC. Velleian.* vid. Cuiac. 8. *obſ. 15.* 28 *L. 22. supr. de fide instrum.* 29 Instrumenta a tribus testibus subscripta, quasi publice confecta accipiuntur. 30 Instrumentum depositi caute fit, tribus testibus adhibitis. 31 Mutui instrumentum caute fit, tribus testibus adhibitis, *ut hic, & l. ult. supr. fi cert. pet.* 32 Prius scriptura non probat adversus tertium, *l. 6. supr. de prob.* 33 Sententiam huius legis vid. in *§. 1. vers. cum enim. infr. h. t.* adde *Synopſ. 8. tit. 5. ex tit. 10. cap. 40. & 3. Harm. 5. §. 17.* 34 Adde Vultum *de rebus dubiis & quæſt. in jur. contro. tract. 11.* Vaconium *lib. 6. declarat. 92. & 93.* Peckium *de excuſ. tempor. c. 5.* Mod. 35 Rei uxoriæ actio tubiata, *ut hic, supr. de rei uxoriæ act.* 36 Dixi ad Novell. 97. *cap. 2. in princ. & Novell. 109. cap. 1.* 37 Tacitam hypothecam habentes scil. dixi *d. c. 1.* 38 Fragilitas muliebris. 39 Uxores earumque substantia addicitur maritis, *l. 21. in fin. supr. de admin. tut.* 40 Hoc additis propter bona paraphernalia. 41 Dos dicitur marito, vel ab uxore, vel alio uxoris nomine. 42 *L. 30. supr. de jure dot. l. un. supr. de rei uxor. act.* 43 Re ipsa numeratis, non cautis tantum, seu confessis. Nam in confessa dote potest esse simulatio: Deinde enim sententia hujus constitutionis a jure communi deerrat, ad veram & numeratam dotem merito restringenda est. Postremo, ordinis privilegium datur his actionis ex stipulatu, at non conditioni ex lege, quando dos cauta seu confessa tantum exigitur. Quid dotis non numeratæ exceptioni maritus renunciavit: aut eidem transacto tempora sibi opponienda exceptionis dotis non numeratæ? inter virum & uxorem hæc nocebunt, vel proderunt, non tamen creditoribus anterioribus oberunt. *L. 14. in fin. l. 22. ff. de pact. dot. qui ex stipulatu.* Præsumptum est enim fidem dotem, hoc est, confessum tantum: aut ad quam exigendam jus quæritur non ex numeratione, sed vel ex renunciatione tantum, vel lapsu temporis, anterioribus creditoribus præferri, veram, & ut loquitur, actualem numerationem probandibus. Quid si creditores non alio jure utuntur? Dos confessa, tantaque tantum anterioribus creditoribus creditum confessum tantum probantibus non numeratum, præferretur. Quid si confessio dotis facta fit non contemplatione matrimonii, sed quam jam contractum matrimonium? Omnibus quibuscunque creditoribus dotem ita confessam præferri putant, cum pro vera & numerata dos ita confessa habeatur. Quid si conjecturis probatur numerata? Quid si statutum dotis confessæ instrumentum, vim atque auctoritatem rei judicatæ habere velit? Idem esse refert Socinus *reg. 109.* Cynus tamen & Angelus ita distinguunt: Mulier & tertius creditor concurrunt, capellum æque hypothecam habentes: quæritur quis jure potior sit? Horum qui prior tempore fierit, potior est jure. Quid si uterque & mulier & tertius creditor tacitam habent hypotheoam? Potior est mulier, licet posterior tempore, *ut hic:* licet tacitam habenti, concurrat mulier tacitam habens hypothecam? nisi anteriori non præferatur, sed posteriori tantum. *Gloſſ. & Doctores in l. 2. supr. de privileg. ſiſc.* Quid si tacitam habeat mulier, tertius expressam anteriorem? potior est mulier tertius, & hanc Accursii quoque sententiam communi opinione & in praxi receptam refert apud Capellam Tholosanum *decis. 217.* Aufrerius.

1 Actio ex stipulatu. 2 Reipsa numerata, in dote cauta aliud. *Gloſſ.* Bart. Bald. Roland. 1. *conſ. 17. num. 30.* 3 *Restituenda*, Hal. 4 *L. un. supr. de rei uxor. act.* 5 Tacitam tantum habentes. dixi ad *Novell. 109. c. 1.* Gloſſ. hic communiter probata. Soc. *reg. 109.* Capell. Tholoſ. *decis. 217.* quin dos uxoris cedit posterioribus mitiæ emendæ causa credentibus. *Novell. 97. c. 3.* cedit & anteriori doti, ut ante dixi. 6 Mulier, sive personali actione, *in primo ſupr. h. t.* sive hypothecaria agat, præfertur omnibus prioribus tacitam hypothecam habentibus, *ut hic:* eo excepto qui militiæ emendæ causa credidit. *Auth. qua ſupr. inſr. h. t.* & hoc in dote, non in donatione propter nuptias. 8. 2. *cauſſ. 6. t.* 7 Dotis causa mulier interdictibus licet hypothecas præfertur: tametsi res mulieris dissipatæ sint, *ut hic.* & liberos ipsa nullos susceperit. *vers. & idem. infr. h. t.* Quid? præferturne anteriori cuidam dotem? non præfertur. *vers. Exceptis. infr. h. t.* Idemne donationis propter nuptias quod dotis, privilegium eit? non eit. 8. 2. *infr. h. t.* Cur tam varie? Quæ dotem repetit, de damno vitando follicita eit: quæ de donatione propter nuptias, futurum aliquando ut dos perficiatur: minus autem hic favetur quam illic. 8 Mulieres commiseratione dignæ. 9 Partus periculum. §. 4. *Inſt. de SC. Tert. Novell. 162. cap. 3. Novell. 146. cap. 1. Novell. Leon. 17. l. 2. §. 4. ff. ſi quis cautionibus.* quod ad Illyricas vix pertinet. Varro 2. *de re ruſtica* 10. *in fin.* In *Illyrico*, inquit, *hoc adeptus, Pragnantes femina, cum venit parendi tempus, non longe ab opere diſcedere, itaque eximunt puerpere, quem non peperiſſe. ſed intermiſſo paulo.* Idem de liberis mulieribus refert Clemens 4. 10 Liberorum procreatio favorabilis.

11 Vid. *l. 1. ff. ſolut.* 12 Merito hoc adjectum, hoc enim privilegium datur uxoribus, non maritibus. 13 Duæ fi mulieres sunt, quæ de dote sua agunt, antiquior causa præferuntur novercæ ejusve liberis dotem suam repetentibus: nisi res secundæ dotis adhuc extent. *Auth. ſi vidu. infr. h. t. ut hic. & Nov. 91. c. 1.* Præferetur ergo prior uxor fecundæ: præferetur socer nurui, *in decem.* Quintil. 360. 14 Adde *l. 8. in fin. ſupr. de ſecund. nupt. l. 6. in fin. ſupr. de bon. quæ lib. Nov. 22. cap. 24.*

15 Dotis actio privilegiaria eit, at non donatio propter nuptias, *ut hic.* *Nov. 97. cap. 3.* Theoph. in §. *ſuprat. 29. inſtit. de act.* in illo tamen casu dotitio propter nuptias dos comparatur. *Nov. 61.* 16 Græcis Scholiastes apud autorem Synopſ. 9. tit. 5. ex tit. 10. cap. 40. hunc ita locum exponit: Ante nuptias donatio, κατὰ τὰς ἑκείνης ἀγορεύσεις χρόνος, pro suis temporibus examinatur, verbi gratia, si anterior fuerit, præfertur posterioribus creditoribus: sin posterior, posteriore loco habebitur.